

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(<https://compendium-project.wlu.ca>)

124 quotations attributed to Marcialis cocus in the *Compendium moralium notabilium* (from
Epytoma sapientie, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 2, Rubrica 3: De virtutibus et vitiis (fol.16va):

Marcialis cocus libro undique suscepto capitulo 2. **Uirtus absque modo nomen habet vitii.
Credis opes solas te posse carine beare. Uirtus est que te sola beare potest.**

Virtutis studio nimius, Crysippe, videris, / Virtus absque modo nomen habet vitii. /
Credis opes solas te posse, Charine, beare; / Virtus est quæ te sola beare queat.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 89-99 (T. Wright ed., 1872, pp.116-17).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquillitate et bona vita et non bona (fol.18va):

Martialis cocus epigramaton libro 10. **Uitam que faciunt beatiorem. / Iocundissime marcialis hec sunt: / Res non parta labore: sed relict. / Non ingratus ager. / Lis nunquam: toga rara: mens quieta. / Uires ingenue salubre corpus. / Prudens simplicitas: pares amici.**

Vitam quae faciant beatiorem, / iocundissime Martialis, haec sunt: / res non parta labore, sed relict; / non ingratus ager, focus perennis; / lis numquam, toga rara, mens quieta; / vires ingenuae, salubre corpus; / prudens simplicitas, pares amici; / convictus facilis, sine arte mensa; / nox non ebria, sed soluta curis; / non tristis torus et tamen pudicus; / somnus qui faciat breves tenebras: / quod sis esse velis nihil que malis; / summum nec metuas diem nec optes.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 10.47 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, pp.333-4, ll.1-13).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 4: De tranquillitate et bona vita et non bona (fol.20ra):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 5. **Ad fratris culpam: aquile tu lumina portas:**
/ Ad tua cum scelera: nulla vel orba feras.

Ad culpas fratris aquilæ tu lumina portas, / Ad tua cum scelera nulla vel orba feras.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 227 (T. Wright ed., 1872, p.143).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 5: De moralitate circa se et alium (fol.20rb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Mirans quod nullus amet te ceciliane: / Non quod amas nullum: dilige carus eris.**¹ / **Nulli carus erat erodinus: et sibi nullus.**² capitulo 5. **Dilige nos omnes: vt ameris ab omnibus vnus.**³

1. Miraris quod nullus amat te, Ceciliane, / Non quod amas nullum; dilige, carus eris.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 22 (T. Wright ed., 1872, p.106).

2. Nulli carus erat Erisiethonus, et sibi nullus / Elegit misera conditione frui.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 91 (T. Wright ed., 1872, p.115).

3. Dilige nos omnes, ut ameris ab omnibus vnus; / Quærit amor pariles, dissimiles odium.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 229 (T. Wright ed., 1872, p.143).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 6: De naturali errore circa se et alium (fol.20vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 5. **Ad fratris culpam aquile tu lumine portas:
Ad tua cum scelera nulla vel orba feras.**

Ad culpas fratris aquilæ tu lumina portas, / Ad tua cum scelera nulla vel orba feras.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 227 (T. Wright ed., 1872, p.143).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 8: De defectu naturali humane mortalitatis et naturalitatis (fol.21rb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 5. **Sed sine peccato nullum reperire valebis.**

Sed sine peccato nullam reperire valebis, / Si non absque homine tu reperire velis.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 237 (T. Wright ed., 1872, p.147).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 13: De consuetudine (fol.22va):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Mens assueta malo firmitus heret ei.**¹

Capitulo 4. **Mollibus assuetus lorica ferre recusat. Cervici tenere ferrea cassis obest.**

Sæpius vncta manus capulo non accipit ensem. Lota et fota cutis frigore et imbre dolet.²

1. Spina recens et parva tibi, Sejane, putanda, / Dum rudis et parva est culpa putanda tibi; / Firmat humi spinam robusta et plurima radix, / Mens assueta malo, firmitus hæret ei.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 160 (T. Wright ed., 1872, p.128).

2. Mollibus assuetus lorica ferre recusat, / Cervici teneræ ferrea cassis obest. / Sæpius vncta manus capulum non accipit ensis, / Lota et fota cutis frigore et imbre dolet.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 216 (T. Wright ed., 1872, pp.139-40).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 14: De crebritate seu frequentia et raritate vsus rerum (fol.22vb-23ra):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Uilia diuitibus notum est plerumque placere. / Non quod sint vilia: sed quia rara bone. / Sic plerumque premit preciosa frequentior vsus.**

Vilia diuitibus notum est plerumque placere, / Nec quia vilia sunt, sed quia rara, Line. / Sic plerumque premit pretiosa frequentior usus; / Cum pisces oleant, vilia carna placent.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 104 (T. Wright ed., 1872, p.117).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 2: De bonitate et prauitate (fol.25vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Pidare nil sceleris homo nequam prorsus aborret.**

Non indignatur serpente ciconia pasci, / Pasci triticea messe columba petit; / Pindare, nil sceleris homo nequam prorsus abhorret, / Virtus in voto qua veneremur habet.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 126 (T. Wright ed., 1872, pp.121-2).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 3: De conscientia benignitatis et malignitatis (fol.26rb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 6. **Ibis ad occultos tramites loca devia mundi / Peccatum tecum est: conscientie culpa comes. / Alterius censor: censor et esto tuus.**

Ibis ad occultos tractus, loca devia mundi; / Peccatum tecum est, conscia culpa comes. /
Ut fugias homines, tu te fuge primitus ipsum, / Alterius censor, censor et esto tuus.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 237 (T. Wright ed., 1872, p.147).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 4: De innocentia (fol.26vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Te video solum dum possis aule nocere: /
Nec prodesse tamen: sed petis vt noceas.**

Te video solum dum prosis, Aule, nocere; / Nec prodesse tamen, si petis ut noceas.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 19 (T. Wright ed., 1872, p.106).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31rb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Rumor falsidicus surgit: et ecce cadit.**

Qui te laudabant jam defecere, Melane; / Rumor falsidicus surgit, et ecce cadit.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 130 (T. Wright ed., 1872, p.122).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.31 vb):

Martialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Sponsio res vacua: sponsor versatilis auri. / Noli spondenti fidem dare nimis.**¹ Capitulo 3. **Magna quidem dare: sed promittere parua decorum est: Te facere contra gloria nulla tibi.**² Capitulo 3. **Inscrutabilis est malefidei mentis abyssus.**³

1. Sponsio spes vacua, sponsor versatilis aura; / Noli spondenti fidere, Dagne, nimis.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 74 (T. Wright ed., 1872, p.113).

2. Magna quidem dare, sed promittere parva, decorum est; / Te facere e contra gloria nulla tibi.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 155 (T. Wright ed., 1872, p.127).

3. Inscrutabilis est maris exundantis abyssus; / Æquora mota hominis rejiciunt oculum; / Inscrutabilis est malefidæ mentis abyssus, / Dædale, turbida mens non habet intuitum.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 128 (T. Wright ed., 1872, p.122).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 7: De versutia dolo malo seu malitia fraude et deceptione (fol.34rb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Inscrutabilis est malefidei mentis abyssus.**

Inscrutabilis est maris exundantis abyssus; / Æquora mota hominis rejiciunt oculum; /
Inscrutabilis est malefidæ mentis abyssus, / Dædale, turbida mens non habet intuitum.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 128 (T. Wright ed., 1872, p.122).

Liber 2, Rubrica 10: De confidentia credulitate credulis atque incredulis (fol.35ra):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 5. **Omnibus et nulli te credere vitium est.**

Omnibus et nulli credere te, vitium est.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 223 (T. Wright ed., 1872, p.141).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 12: De clandestinatione et patulitate (fol.36ra):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Occulturus hostis seuior elne tibi.**¹ / **Iudicium culpe: nos clima dicimus esse. / Tu semper latebras: semper amas tenebras.**²

1. Cautio provisa, formido videtur aperta, / Occultus hostis sævior, Elne, tibi.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 61 (T. Wright ed., 1872, p.112).

2. Indicium culpæ nos, Clinia, dicimus esse / Quod semper latebras, semper amas tenebras.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 69 (T. Wright ed., 1872, p.113).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 1: De amore et dilectione (fol.36va):

Martialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Miraris quod nullus amet te ceciliane. / Non quod amas nullum: dilige carus eris.**¹ Capitulo 4. **Nulli carus erat erodinus et sibi nullus.**² / **Conuentus morum faculam succendit amoris. / Moribus at variis gratia distrahitur.**³ Capitulo 5. **Inuitus nemo: nemo coactus amat. / Blandiciis non imperio: vis crescit amoris. / Dilige nos omnes: vt ameris ab omnibus vnus. / Querit amor pariles: dissimiles odium.**⁴ Capitulo 6. **Nescit amor vehemens: ad queque pericula rumpi.**⁵

1. Miraris quod nullus amat te, Ceciliane, / Non quod amas nullum; dilige, carus eris.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 22 (T. Wright ed., 1872, p.106).

2. Nulli carus erat Erisiethonus, et sibi nullus / Elegit misera conditione frui.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 91 (T. Wright ed., 1872, p.115).

3. Conuentus morum faculam succendit amoris; / Si varias mores, gratia distrahitur.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 206 (T. Wright ed., 1872, p.137).

4. Torvus et ore minans te nos, Tite, poscis amare, / Inuitus nemo, nemo coactus amat. / Blanditia, non imperio, vis crescit amoris, / Cæsar ubi jubeat, cedere nescit amor. / Vacca quidem taurum, sed et ipsa læna leonem, / Iratos fugiunt, suscipiunt placidos. / Dilige nos omnes, ut ameris ab omnibus vnus; / Quærit amor pariles, dissimiles odium.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 229 (T. Wright ed., 1872, p.143).

5. Nescit amor vehemens, ad quæque pericula rumpi, / Nec funus triplex rumpitur ex facili.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 232 (T. Wright ed., 1872, p.144).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 3: De predilectione sui ipsius (fol.37rb):

Marcialis cocus: libro vndique suscepto capitulo 3. **Ne noceas tibi sic aliis prodesse memento.**

Ne noceas tibi, sic aliis prodesse memento; / Velle beare alios, prodere te, miserum est; /
Quo vitio cum decenti plerique laborent, / Unum supra omnes Euripidem video.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 110 (T. Wright ed., 1872, p.118).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 4: De parentibus et liberis (fol.38ra):

Marcialis cocus libro vndique susceptis capitulo 3. **Dilige si bonus est iusta pietate parentem. / Si malus est: tolere. filius esto bonus.**

Dilige si bonus est iusta pietate parentem, / Si malus est, tolera, filius esto bonus.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 140 (T. Wright ed., 1872, p.124).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersatione conspectu societate et solitudine (fol.39rb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 4. **Sepe viatores amor et concordia iunxit.**¹
Capitulo 6. **Emuleve soli: quia dum cadit ille leuantem. / Non habet: in seipso spem sibi cum posuit. / Federa dum spernit: dum spernit habere sodalem. / Perficit vt sese nemo iuuare velit. / Forte quidem velles socium reperire fidelem. / Sed prauī mores scelus et ira negant.**²

1. Sæpe viatores amor et concordia iunxit, / Me tibi collegam gratia nulla facit.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 202 (T. Wright ed., 1872, p.136).

2. Æmule, væ soli! quia dum cadit ipse, leuantem / Non habet, in se ipso spem sibi composuit. / Fœdera dum tempnit, dum spernit habere sodalem, / Perficit, ut sese nemo iuvare velit. / Cum socio socius partitur pondera fati, / Pro socio patitur vera fides socii. / Nescit amor vehemens, ad quæque pericula rumpi, / Nec funus triplex rumpitur ex facili. / Forte quidem velles socium reperire fidelem, / Sed pravi mores zelus et ira negant.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 232 (T. Wright ed., 1872, p.144).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40rb):

Martialis cocus epigramaton libro 5. **Colit ingratas pauper amicitias.**¹ Idem libri vndique suscepto capitulo 2. **Omnis amicus amat: sed non qui amat omnis amicus.**²

1. est tamen hoc uitium sed non leue, sit licet unum, / quod colit ingratas pauper amicitias.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 5.19 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.155, ll.7-8).

2. Omnis amicus amat, sed non qui amat omnis amicus; / Si quem, Basse, tu amas, esto et amicus ei.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 55 (T. Wright ed., 1872, p.111).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 11: De acquirendis amicis (fol.41va):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Sepe diuque suo quem dignum censet amore. / Pertractat sapiens: sic amat ex habitu. / Antequam ames erisippe proba: sed amare probatum / Cura: totoque illum pectore suscipias.**

Sæpe diuque suo quem dignum censet amore / Pertractum sapiens sic amat exhibitum. / Antequam ames, Crysippe, proba, sed amare probatum / Cura, toto illum pectore suscipias.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 163 (T. Wright ed., 1872, p.129).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 12: De conseruandis et retinendis amicis (fol.41va):

Martialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Prudenti probe consilio retinendus amicus. / Quem sero acquiris: sed cito perdis eum.**¹ / **Frangis amicitiam: dum tarde ledis amicum. / Insidians socio: frangis amicitiam.**²

1. Prudenti, Probe, consilio servandus amicus, / Quem sero acquiris, sed cito perdis eum.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 17 (T. Wright ed., 1872, p.106).

2. Frangis amicitiam dum, Turdale, rodus amicum; / Insidians socium, frangis amicitiam.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 37 (T. Wright ed., 1872, p.108).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 14: De amicorum constantia et inconstantia (fol.42va):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 6. **Nescit amor vehemens: ad queque pericula rumpi.**

Nescit amor vehemens, ad quæque pericula rumpi, / Nec funus triplex rumpitur ex facili.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 232 (T. Wright ed., 1872, p.144).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De inuidia: zelo et nemessatione (fol.43va-vb):

Martialis cocus epigramaton libro 5. **Esse quid dicam quod viuis fama negatur. / Et sua quod rarus tempora lector amat. / Hi sunt inuidie nimirum regule mores. / Preferat antiquos semper vt illa nouis.**¹ Idem libro vndique suscepto capitulo i. **Inuidus irrisor rediuuio crimine gaudet. / Et semel irrisum: terque quaterque cupit.**² Capitulo 2. **Inuidie flammam qua tigiline laboras: / Exiccata cutis omnibus insinuat.**³ / **Torres inuidia non quintum candide: sed te / Torres inuidia: non alium nisi te.**⁴

1. 'Esse quid hoc dicam viuis quod fama negatur / et sua quod rarus tempora lector amat?' / hi sunt inuidiae nimirum, Regule, mores, / praeferat antiquos semper ut illa novis.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 5.10 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.151, ll.1-3).

2. Inuidus irrisor redivivo crimine gaudet, / Et semel irrisum, terque quaterque cupit.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, Praefatio (T. Wright ed., 1872, p.103).

3. Invidiæ flamma quia, Tigilline, laboras, / Exsiccata cutis omnibus insinuat.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 71 (T. Wright ed., 1872, p.113).

4. Torres invidia non Quintum, Candide, sed te; / Torres invidia non alium nisi te.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 97 (T. Wright ed., 1872, p.116).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 2: De beneficiis (fol.47vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto: **Ne noceas tibi sic aliis prodesse memento.**

Ne noceas tibi, sic aliis prodesse memento; / Velle beare alios, prodere te, miserum est; /
Quo vitio cum decenti plerique laborent, / Unum supra omnes Euripidem video.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 110 (T. Wright ed., 1872, p.118).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 3: De liberalitate et munificentia (fol.48va-vb):

Marcialis cocus epigramaton libro 4. **Munera quod senibus viduisque ingentia mittis: / Uis te munificum gargiliane vocem. / Sordidius nihil est te: nihil est te spurcius vno / Qui potes insidias: dona vocare tua. / Sic avidis fallax: indulget piscibus hamus. / Callida sic stultas: decipit esca feras. / Quid sit largiri: vel quid donare docebo. / Si nescis: dona gargiliane mihi.** Libro 5. **Que mihi prestiteris: memini semperque tenebo. / Cur igitur taceo: postume tu loquaris. / Incipio quotiens alicui tua dona referre. / Protinus exclamat: dixerat ipse mihi. / Non belle quedam faciunt duo: sufficit vnus. / Huic operi: si vis vt loquar ipse tace. / Crede mihi quamvis ingentia postume dones. / Auctoris pereunt: garulitate sui.² / Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.³** Libro 11. **Nil mihi das viuus: dicis post fata daturum / Si non es stultus: scis maro quid cupiam.⁴** Idem libro vndique susceptis capitulo 3. **Magna quid dare: sed promittere parua decorum est. / Te facere contra gloria nulla tibi.⁵ / Attolluntur hylares vilissima munera vultus. / Uultus sub tristes: maxima deiiciunt. / Si donas tristis: et dona et premia perdis.⁶** Capitulo 4. **Qui iustis sanctisque viris: tigiline ministrat. / Sumit vbi donat: spargit et accumulatur.⁷**

1. Munera quod senibus viduisque ingentia mittis, / vis te munificum, Gargiliane, vocem? / sordidius nihil est, nihil est te spurcius uno, / qui potes insidias dona vocare tuas: / sic avidis fallax indulget piscibus hamus, / callida sic stultas decipit esca feras. / quid sit largiri: quid sit donare docebo, / si nescis: dona, Gargiliane, mihi.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 4.56 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.135, ll.1-8).

2. Quae mihi praestiteris memini semperque tenebo. / cur igitur taceo, Postume? tu loqueris. / incipio quotiens alicui tua dona referre, / protinus exclamat 'dixerat ipse mihi.' / non belle quaedam faciunt duo: sufficit unus / huic operi: si vis ut loquar, ipse tace. / crede mihi, quamvis ingentia, Postume, dona / auctoris pereunt garrulitate sui.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 5.52 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.168, ll.1-8).

3. Semper pauper eris, si pauper es, Aemiliane. / dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 5.81 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.177, ll.1-2).

4. Nil mihi das vivus; dicis post fata daturum. / si non es stultus, scis, Maro, quid cupiam.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 11.67 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.381, ll.1-2).

5. Magna quidem dare, sed promittere parva, decorum est; / Te facere e contra gloria nulla tibi.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 155 (T. Wright ed., 1872, p.127).

6. Attollunt hilares vilissima munera vultus, / Vultus sublustres maxima dejiciunt. / Si donas tristis, et dona et præmia perdis, / Didime, dona hilaris, non sine laude facis.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 164 (T. Wright ed., 1872, p.129).

7. Qui justis sanctisque viris, Tigelle, ministrat, / Sumit ubi donat, spargit et accumulat.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 215 (T. Wright ed., 1872, p.139).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 6: De vtilitate oblationis munerum et beneficiorum (fol.49vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Uincis muneribus ius damiane tuis.**

Vincis muneribus jus, Datiane, tuis.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 84 (T. Wright ed., 1872, p.115).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 7: De nocumento susceptionis munerum et beneficiorum (fol.50ra):

Martialis cocus epigramaton libro 8. **Munera qui tibi dat locupleti gaure senique / Si sapis et sentis: hoc tibi ait morere.**

Munera qui tibi dat locupleti, Gaure, senique, / si sapis et sentis, hoc tibi ait 'morere.'

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 8.27 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.254, ll.1-2).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 10: De mercede premio et retributione (fol.51va):

Martialis cocus epigramaton libro i. **In steriles campos nolunt iuga ferre iuenci. / Pingue solum laxat: sed iuuat ipse labor.**

in steriles nolunt campos iuga ferre iuenci: / pingue solum lassat, sed iuvat ipse labor.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 1.107 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.50, ll.7-8).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 2: De populo (fol.53vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Predicat hermagoras: non omnibus esse placendum. / Elige de multis: regule cui placeas.**

Prædicat Ermogoras non omnibus esse placendum, / Elige de multis, Regule, cui placeas.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 63 (T. Wright ed., 1872, p.112).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 15: De vulgari seu famosa asseueratione (fol.58vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Rumor falsidicus surgit: et ecce cadit.**

Qui te laudabant jam defecere, Melane; / Rumor falsidicus surgit, et ecce cadit.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 130 (T. Wright ed., 1872, p.122).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63rb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto: **Est speculum mentis facies: oculique reuelant / Qualia sint intus: mens animusque hominis.**

Est speculum mentis facies, oculique reuelant / Qualia sunt intus mens animusque hominis.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 131 (T. Wright ed., 1872, p.122).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De consilio (n.p. fol.3ra):

Martialis cocus libro vndique suscepto: **Pannorum veterum facile contenuuntur vsus. / Non sic consilium posthume superne senum.**¹ / **Consilio iuuenum fidis melibee ruinam. / Expectare potes: dum sine consilio es.**²

1. Pannorum veterum facile contempnitur usus, / Non sic consilium, Posthumiane, senum.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 53 (T. Wright ed., 1872, p.111).

2. Consilio iuuenum fidis, Melibœe, ruinam / Expectare potes, dum sine consilio es.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 154 (T. Wright ed., 1872, p.127).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 6: De ordine et ordinatione (n.p. fol.4ra):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Quam male confundit ratio prepostera mores.**

Quam male confundit ratio præpostera mores, / Cum docet indoctus, ducit et absque duce.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 108 (T. Wright ed., 1872, p.118).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 8: De finis consideratione (n.p. fol.5ra):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Incipit alcunades: virtuti sepe studere. / Sed sine fine parum proderit incipere.**¹ / **Sepe dolor leto prodiit introitu.**²

1. Incipit Alchiadamas virtuti sæpe studere, / Sed sine fine parum proderit incipere.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 64 (T. Wright ed., 1872, p.112).

2. Nolit in accepto gaudere Seranus honore; / Sæpe dolor læto prodiit introitu.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 92 (T. Wright ed., 1872, p.116).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 13: De cautione securitate et periculo (n.p. fol.6rb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Concio prouisa formido videtur.**¹ Capitulo 3. **Non est securus supra titubantia fultus.**² / **Multiplici gyro miluus circumuolat escam:** / **Infectum metuens tristibus aucupiis.** / **Ferule tu nulla ratione per omnia curris.** / **Te nudum exponens omnibus insidiis.**³

1. Cautio provisa, formido videtur aperta, / Occultus hostis sævior, Elne, tibi.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 61 (T. Wright ed., 1872, p.112).

2. Non est securus, supra titubantia fultus, / Jungere labenti, labitur ille, cadis.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 154 (T. Wright ed., 1872, p.127).

3. Multiplici giro milvus circumuolat escam, / Infectum metuens tristibus aucupiis. / Servule, tu nulla ratione per omnia curris, / Te nudum opponens omnibus insidiis.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 159 (T. Wright ed., 1872, p.128).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus seu magistris (fol.66va):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Ante docere cupis quam discere portio vana. / Et affectas regere nescius ipse regi. / Quam male confundit ratio prepostera mores.**

Ante docere cupis quam discere, Pontiovane, / Et regere affectas, nescius ipse regi. / Quam male confundit ratio præpostera mores, / Cum docet indoctus, ducit et absque duce.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 169 (T. Wright ed., 1872, p.130).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 4: De admonitione castigatione seu correctione (fol.67va):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Sunt homines nequam bene de virtute loquentes. Non hos sed verbum pectore fige tuo.**

Sunt homines nequam, bene de virtute loquentes. / Non hos sed verbum pectore fige tuo.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 108 (T. Wright ed., 1872, p.118).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 5: De increpatione et reprehensione (fol.68ra):

Martialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Cur maculas alios maculosior omnibus albi: Et carpi dignus carpere non metuis.**¹ Capitulo 5. **Fratris verrucas mordaci dente refringis. Ulcera dissimulans que tibi in ore sedent. Ad fratris culpam aquile tu lumina portas. Ad tua cum scelera nulla vel orba feras.**² Capitulo 6. **Alterius censor: censor et esto tuus.**³

1. Cur maculas alios maculosior omnibus, Albi? / Et carpi dignus, carpere non metuis.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 108 (T. Wright ed., 1872, p.118).

2. Fratris verrucas mordaci dente refringis. / Ulcera dissimulans quæ tibi in ore sedent. / Ad culpas fratris aquilæ tu lumina portas. / Ad tua cum scelera nulla vel orba feras.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 227 (T. Wright ed., 1872, p.143).

3. Ut fugias homines, tu te fuge primitus ipsum, / Alterius censor, censor et esto tuus.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 237 (T. Wright ed., 1872, p.147).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 9: De studio discipline et continuatione eius (fol.70va):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 8. **Intermissa diu tanquam sit prorsus omissa: Candide lucilli philosophia valet: Disce sed assidue: disce sed vt sapias: Sumpta parum prodest que mox amittitur esca: Bos quibus est pastus ruminat hec eadem.**

Intermissa diu tanquam si prorsus emissa, / Candide, Lucili, philosophia valet. / Discendi modus est, dum te nescire videbis; / Disce, sed assidue: disce, sed ut sapias. / Sumpta parum, prodest, quæ mox emittitur esca, / Bos quibus est pastus, ruminat hæc eadem.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 207 (T. Wright ed., 1872, p.137).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 3: De vanitate et frustratione humanorum actuum (fol.71vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 5. **Frustra autem niti lites odiumque subire. / Extremus furor est summaque stultitia.**

Frustra autem niti, lites odiumque subire, / Extremusque furor summaque stultitia est.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 220 (T. Wright ed., 1872, p.141).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.74vb):

Martialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Pauca loqui moneo: sed non omnino silere.**

Pauca loqui moneo, sed non omnino silere; / Ita velis, Orpheu, ne penitus sileas.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 20 (T. Wright ed., 1872, p.106).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 3: Quando sit loquendum (fol.75va):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Iratus irato animo respondet alanus. / Et se iactat in hoc grande nimis viciū.**

Iratis irato animo respondet Alanus, / Et se jactat in hoc, grande nimis vitium.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 165 (T. Wright ed., 1872, p.129).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 11: De verborum prolatione rethorica (fol.82va):

Martialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Exaltas in lite tuam geormanice vocem. / Ut furia mentis vox fumosa sonat.**

Exaltas in lite tuam, Germanice, vocem, / Ut furius mentis vox furiosa sonet.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 65 (T. Wright ed., 1872, p.112).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 19: De scomatibus id est callidis dictis conuiciis que vulgo in italia dicuntur moti (fol.83vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Calba dolet cicero quoniam pede claudicat vno. / Nempe hunc deficere vellet vtroque pede.**¹ Capitulo 5. **Colligit vmbricius vires a munere bachi.**²

1. Galba dolet, Cicero quoniam pede claudicat uno; / Nempe hunc deficere vellet utroque pede.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 93 (T. Wright ed., 1872, p.116).

2. Colligit Umbricius vires a munere Bacchi; Vires a cœna colligit Umbricius.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 222 (T. Wright ed., 1872, p.141).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.85vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Uirtus absque modo nomen habet vicii.**

Virtutis studio nimius, Crysippe, videris, / Virtus absque modo nomen habet vitii.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 98 (T. Wright ed., 1872, p.116).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 4: De paucitatis acceptabilitate et reprobatione multitudinis (fol.87ra):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Predicat hermagoras non omnibus esse placendum. / Elige de multis regule cui placeas.**

Prædicat Ermogoras non omnibus esse placendum, / Elige de multis, Regule, cui placeas.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 63 (T. Wright ed., 1872, p.112).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 5: De paulatinorum potentia (fol.87va):

Marcialis cocus libro vndique suscepto 3. capitulo. **Decidit immensus paulatim montis acervus. / Fluminea tellus aluvione perit.**

Decidit immensus paulatim montis acervus, / Fluminea tellus alluvione fluit.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 127 (T. Wright ed., 1872, p.122).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 7: De acceptabilitate temporis et sociorum (fol.87vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 5. **Uiuendi recte fatuus procrastinat horam.**

Vivendi recte fatuus procrastinat horam, / Crastine, cras semper das mihi, nunquam hodie.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 224 (T. Wright ed., 1872, p.142).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 8: De modo celeritatis dilationis et more (fol.88rb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 5. **Uiuendi recte fatuus procrastinat horam.**

Vivendi recte fatuus procrastinat horam, / Crastine, cras semper das mihi, nunquam hodie.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 224 (T. Wright ed., 1872, p.142).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.89vb):

Martialis cocus epigrammaton libro 5. **Colit ingratas pauper amicitias.**¹ / **Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.**² Idem libro vndique suscepto capitulo 3. **Sit pauper probus et sapiens omnino negatur.** / **Sit diues recte protinus annuitur.**³

1. est tamen hoc uitium sed non leue, sit licet unum, / quod colit ingratas pauper amicitias.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 5.19 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.155, ll.7-8).

2. dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 5.81 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.177, l.2).

3. Sit pauper probus et sapiens, omnino negatur, / Sit dives, recte protinus annuitur.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 180 (T. Wright ed., 1872, p.132).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 2: De paupertatis proficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum (fol.90vb):

Martialis cocus epigrammaton libro 11. **Ardua res hoc est opibus nunc tradere mores.**

ardua res haec est, opibus non tradere mores / et, cum tot Croesos viceris, esse Numam.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 11.5 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.358, ll.3-4).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 11: De tranquillitate et inquietudine animi circa diuitias et paupertatem (fol.93va):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 6. **Si paupertati assensum prebere studebis / Si per naturam viuere diues eris.**

Si paupertati assensum præbere studeres / Si pro natura vivere, dives eras.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 233 (T. Wright ed., 1872, p.145).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.94vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Non sibi non aliis prodest dum viuit auarus. / Et prodest aliis et sibi dum moritur.**

Non sibi non aliis prodest dum vivit avarus, / Et prodest aliis et sibi dum moritur.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 136 (T. Wright ed., 1872, p.123).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 16: De parsimonia seu parcitate: largitate et prodigalitate id est de modo expensarum (fol.95vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Prodigus est auri cum nec se nouit cohibere / Currenti nunquam frena retentat equo. / Culpa quidem grauis est: gemini quoque causa reatus / Cum male cuncta vorans est capiatque rapere.**

Prodigus est Ancon, nec se novit cohibere, / Currenti nunquam fræna retentat equo: / Culpa quidem gravis est, gemini quoque causa reatus, / Cum male cuncta vorans, et cupit atque rapit.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 166 (T. Wright ed., 1872, p.129).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 1: De potentioribus et impotentioribus (fol.96va):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Quem leo non tetigit dum mordet aranea ledit / Cole non tantum grandia: parua caue.**

Quem leo non tetigit, dum mordet aranea lædit, / Enole, non tantum grandia, parva cave.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 50 (T. Wright ed., 1872, p.110).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 3: De humilitate: seu mititate superbia elatione et fastu (fol.97vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 1. **Etheream pacem ventosa superbia tollit.**

Aeriam pacem ventosa superbia tollit, / Atque tumor mentis, Maximiane, tibi.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 83 (T. Wright ed., 1872, p.114).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 5: De presumptione seu fiducia sui falsa (fol.98va):

Martialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Sepe ruis dum sepe petis nimis alta corona / Fac sit sufficiens vna ruina tibi.**¹ Capitulo 3. **Altior assensus grauior plerunque ruina est. / Sollicitudo grauis est preparatus honor / Cum nimis alta petis citus incautusque ruina / Et grauis et subita est sexte timenda tibi.**²

1. Sæpe ruis, dum sæpe petis nimis alta, Corane, / Fac sit sufficiens una ruina tibi.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 2 (T. Wright ed., 1872, p.104).

2. Altior ascensus, gravior plerumque ruina est, / Sollicitudo gravis, præproperatus honor. / Cum nimis alta petis citus incautusque, ruina / Et gravis et subita est, Sexte, timenda tibi.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 111 (T. Wright ed., 1872, p.119).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 6: De contemptu seu despectione (fol.98vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Contentum stulti contempnere didime laus est / Et temui a stulto dedecus esse nego.**

Contemptum stulti contempnere, Didime, laus est, / Contempni a stulto dedecus esse nego.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 3 (T. Wright ed., 1872, p.104).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 7: De irrisione et illusione (fol.99ra):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo i. **Invidus irrisor redi viuo crimine gaudet / Et semel irrisum terque quaterque cupit.**¹ Capitulo secundo. **Deridens alios non inderisus abibis / Unde alios rides sceuola non facias.**² / **Sic rides alium: vel si rideris: vtrunque**³ / **Ridemus claudum dum rectum ridet alexi / Ridemus risum de sapiente tuum.**⁴ / **Culpa est maure: prius turpe sequi sue magis.**⁵

1. Invidus irrisor redivivo crimine gaudet, / Et semel irrisum, terque quaterque cupit.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, Praefatio (T. Wright ed., 1872, p.103).

2. Deridens alios, non inderisus abibis, / Unde alios rides, Scævola, si facias.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 12 (T. Wright ed., 1872, p.105).

3. Si rides alium, vel si rideris, utrumque / Culpa est, Maure, prius turpe, sequensque magis.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 33 (T. Wright ed., 1872, p.108).

4. Ridemus claudum, rectum dum ridet, Alesi, / Ridemus risum de sapiente tuum.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 73 (T. Wright ed., 1872, p.113).

5. Si rides alium, vel si rideris, utrumque / Culpa est, Maure, prius turpe, sequensque magis.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 33 (T. Wright ed., 1872, p.108).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 12: De preciositate et vilitate (fol.100vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. Uilia diuitibus notum est plerunque placere. /
Non quod sint vilia: sed quia rara line. / Sic plerunque premit preciosa frequentior vsus.

Vilia diuitibus notum est plerunque placere, / Nec quia vilia sunt, sed quia rara, Line. /
Sic plerunque premit pretiosa frequentior usus; / Cum pisces oleant, vilia carna placent.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 104 (T. Wright ed., 1872, p.117).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 13: De laude et commendatione (fol.101rb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Uituperat subito: subito qui laudat alebs.**¹ / **Nulli credo decus laudari a turpibus herme / Sed nec laudari ob turpia credo decus.**² / **Premio vel laudes abnuimus sceleri.**³

1. Vituperat subito subito qui laudat, Aledi; / Hoc utrumque tuum significant vitium.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 78 (T. Wright ed., 1872, p.114).

2. Nullum credo decus laudari a turpibus, Herme; / Sed nec laudari ob turpia credo decus.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 85 (T. Wright ed., 1872, p.115).

3. Miramur Rupilum per quæque nefanda vagari, / Et sibi virtutis præmia velle dari; / Juris amatorem merito celebramus honore, / Præmia vel laudes abnuimus sceleri.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 102 (T. Wright ed., 1872, p.117).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabilis et infamia (fol.101vb):

Martialis cocus epigrammaton libro 5. **Esse quid dicam quod viuis fama negatur / Et sua quod ramus tempora lector amat. / Hi sunt inuidie nimirum regule mores / Preferat antiquis semper vt illa nouis.**¹ Idem libro vndique suscepto capitulo 3. **Dum crescit ramis et non radicibus arbor / Emiliane breui flamine mota ruit / Qui celeris fame ramis per inania tendit: / Non radice operum corrui ex facili.**² / **Dici aut esse bonum: non nos reputemus vt vnum / Dici non proderit. Dici aut esse malum prothe non dicimus vnum. / Dici si noceat: sed nocet esse magis.**³ Capitulo 4. **Omnis homo vicium tanto famosius in se: / Quanto qui peccat maior habetur: habet.**⁴

1. ‘Esse quid hoc dicam viuis quod fama negatur / et sua quod rarus tempora lector amat?’ / hi sunt inuidiae nimirum, Regule, mores, / praeferat antiquos semper ut illa novis.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 5.10 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.151, ll.1-4).

2. Quae crescit ramis et non radicibus arbor, / Emiliane, breui flamine mota ruit. / Qui celebris famæ ramos per inania tendit, / Non radicem operum, corrui ex facili.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 167 (T. Wright ed., 1872, p.129).

3. Dici aut esse bonum non nos reputamus ut unum; / Dici non multum proderit, esse nimis. / Dici aut esse malum, Protheu, non dicimus unum; / Dici, si noceat, sed magis esse nocet.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 173 (T. Wright ed., 1872, p.130).

4. Omnis homo crimen tanto famosius in se, / Quanto qui peccat maior habetur, habet.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 218 (T. Wright ed., 1872, p.140).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 15: De gloria dignitate ambitione honore et vituperio (fol.102vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Oris onus magnum: dum magnum queris honorem.**¹ Capitulo 3. **Sollicitudo grauis est preparatus honor.**² / **Deficit exurgens gloria de nihilo.**³

1. Quæris onus magnum, magnum dum quæris honorem, / Cretice, sperne prius, non erit ulterius.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 8 (T. Wright ed., 1872, p.104).

2. Altior ascensus, gravior plerumque ruina est, / Sollicitudo gravis, præproperatus honor.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 111 (T. Wright ed., 1872, p.119).

3. Despicio fumum dum surgit deficientem; / Deficit exurgens gloria de nihilo.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 130 (T. Wright ed., 1872, p.122).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 16: De saturitate crapula et ebrietate (fol.109ra):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Gumoni**us quando satur est ieiunia laudat:
/ **Quando ieiunus prandia magnificat.**¹ / **Esca quidem simplex sanum facit atque valentem. /**
Sed sanum multi destituere cibi.²

1. Curinomus quando satur est, jejunia laudat; / Quando jejunus prandia magnificat.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 148 (T. Wright ed., 1872, p.126).

2. Esca quidem simplex sanum facit atque valentem, / Sed sanum multi destituere cibi.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 188 (T. Wright ed., 1872, p.133).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 18: De mundana pulchritudine et ornatu humani corporis (fol.110ra):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **In tenui panno nulla est facundia peleo. / Sed cum purpurea veste parata venit.**

In tenui panno nulla est facundia, Peleu, / Sed cum purpurea veste parata venit.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 180 (T. Wright ed., 1872, p.132).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 8: De castitate pudicitia atque impudicitia (fol.115vb):

Martialis cocus epygrammaton libro 4. **Tanquam non liceat nulla puella negat. / Casta igitur nulla: sunt caste nulle: quid ergo / Casta facit: non dat: non tamen illa negat.**

tamquam fas non sit, tamquam sit turpe negare, / tamquam non liceat, nulla puella negat.
/ casta igitur nulla est? castae sunt mille, quid ergo / casta facit? non dat, non tamen illa
negat.

Marcus Valerius Martialis, *Epigrammata*, 4.71 (D.R. Shackleton Bailey ed., 2006, p.142, ll.2-6).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De fortitudine animi (fol.117va):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Si metum tali arte sapis: quodcunque necesse est: / Id cupias animum canibus equipara.**¹ / **Sub quocunque onere: strepitu omniue labore / Rectum stare lica. gloria non modica est.**²

1. Si mecum, Thaliarche, sapis, quodcunque necesse est, / Id cupias, animum casibus æquipara.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 28 (T. Wright ed., 1872, p.107).

2. Sub quocunque onere, strepitu omni, omnive labore, / Rectum stare, Licha, gloria non modica est.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 32 (T. Wright ed., 1872, p.108).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 4: De animi constantia seu perseuerantia leuitate pertinacia et mutabilitate (fol.119ra-rb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Mobilibus ventis simules ludibria mentis / Uescene: nunquam stas: sed quasi turbo volas.**¹ Capitulo 3. **Est mentis bene disposite consistere secum. / Et non in motus dissimiles ruere.**² Capitulo 4. **Non bene firmatur radix que sepe mouetur / Nec multa hospitia pignus amoris habent.**³ Capitulo 5. **Cum adeo gaudes iouiane locali. / Cur tam sepe salis: ante quoniam leuis es. / Signat enim motus mentis mutatio tanta. / Quod non concordēs nec tibi conuenias. / Pondus habe: stabis: cum pondere gleba quieta est. / Dirupitur puluis pro leuitate sum. / Nec natura loci tibi recte viuere donat. / Sed mens discreta propositaque tenax.**⁴

1. Mobilibus ventis similas ludibria mentis, / Veseve, nunquam stans, sed quasi turbo volans.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 57 (T. Wright ed., 1872, p.111).

2. Est mentis bene compositæ consistere secum, / Et non immotus dissimiles ruere.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 162 (T. Wright ed., 1872, p.128).

3. Nec bene firmatur radix quæ sæpe movetur, / Nec multa hospitia pignus amoris habent.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 205 (T. Wright ed., 1872, p.137).

4. Cur adeo gaudes motu, Joviane, locali / Aer tam sæpe salis? an quoniam levis es? / Signat enim motum mentis mutatio tanta, / Quod non concordēs, nec tibi convenias. / Pondus habe, stabis; cum pondere gleba quieta est, / Diripitur pulvis pro leuitate sua. / Nec natura loci tibi recte viuere donat, / Sed mens discreta propositique tenax.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 226 (T. Wright ed., 1872, pp.142-3).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.121vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Ira mouet gladium.**

Tydeu, cum nequeas rabiem compescere cordis, / Offendit qui te præcluem honore facit; /
Nam fulmen pariunt, regno dum jungitur ira; / Ira mouet gladium, sanguine gliscit honor.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 139 (T. Wright ed., 1872, p.124).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.138vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Extolli noli cum te fortuna beavit. / Pompone hec eadem qui leuat ipsa premit.**¹ Capitulo 3. **Altior ascensus grauior plerunque ruina est. / Cum nimis alta petis citus incautusque ruina: / Et grauis et subita est sexte timida tibi.**² / **Rumor falsidicus surgit et ipse cadit.**³

1. Extolli noli, quod te fortuna beavit, / Pomponi, hæc eadem quæ leuat ipsa premit.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 66 (T. Wright ed., 1872, p.112).

2. Altior ascensus, grauior plerunque ruina est, / Sollicitudo gravis, præproperatus honor. / Cum nimis alta petis citus incautusque, ruina / Et grauis et subita est, Sexte, timenda tibi.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 111 (T. Wright ed., 1872, p.119).

3. Qui te laudabant jam defecere, Melane; / Rumor falsidicus surgit, et ecce cadit.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 130 (T. Wright ed., 1872, p.122).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 7: Quid mors non sit metuenda (fol.145ra):

Martialis cocus libro vndique suscepto capitulo 3. **Mortis pale timor tibi vite commoda tollit. / Nam moreris viuens dum metuendo peris. / Inter nature ponas si munera mortem: / Te de morte metus sollicitare nequit.**

Mortis, Paule, timor tibi vitæ commoda tollit, / Jam moreris vivens dum metuendo peris. / Inter naturæ ponas si munera mortem, / Te de morte metus sollicitare nequit.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 190 (T. Wright ed., 1872, p.134).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 10: De laudabiliter morientibus et laudabili mortuorum (fol.145vb):

Marcialis cocus libro vndique suscepto capitulo 2. **Tarde vel subito vita recedere nil est. / Si bene decedas pindare non nihil est.**

Tarde vel subito vita decedere, nil est; / Si bene discedas, Pindare, non nihil est.

Godefridus de Vincestria, *Epigrammata*, 31 (T. Wright ed., 1872, p.108).